

CAPVT IV

Cum Nicomachides, qui multa stipendia fecerat, questus esset, quod ipse repulsam tulisset; Antisthenes vero, homo diues solummodo et mercator, praetor creatus esset: Socrates docet, bonum patremfamilias eundem esse posse bonum imperatorem. Nam utrumque suis vitae necessaria comparare: ipsum Antisthenem victoriae esse cupidum, patere ex eo, quod, quoties choragus ille fuerit, multis cum sumtibus nihil non fecerit, quod ad victoriam valere putaret. Praeterea frugi patremfamilias, ut probabilis imperator, suos reddere obedientes, suum cuique munus mandare, castigare malos, bonos vero honorare, suorum amorem sibi conciliare, adiutores sibi parare, res suas vigilando laborandoque conseruare, aduersarios vincere: hinc, quae ad victoriam facere videantur, sedulo acquirere, et declinare quae cladem afferre possint. Itaque rei priuatae administrationem a rei publicae non nisi multitudine negotiorum differre; sed, quae hominum fides requiratur ad rempubl. regendam, eandem adesse debere in re domestica administranda. Ergo, qui hominibus recte uti possit, eum recte et reip. et priuatae praeesse.

Iδῶν δέ ποτε Νικομάχιδην ἐξ ἀρχαιεστῶν ἀπιόντας,
ἡρετο· Π Τίνες, ὡς Νικομάχιδη, στρατηγοὶ ἦργυ-
ται; Π Καὶ ὅς, Οὐ γὰρ, ἔφη, ὡς Σώκρατες, τοιχτοὶ
εἰσιν Ἀθηναῖοι, ὥστε ἐμὲ μὲν ἐχεῖλοντο; ὃς ἐκ κατα-
λόγων στρατευόμενος κατατέτριμμα, καὶ λοχαγῶν,
καὶ

§. I. ἐγγάρ] Locum hunc, qui tentari non debet, cum viris doctis interrogatiue accepi, adeo ut interrogatio haec habeat vim affirmationis. Vnde patet, sequens ἐχ non esse alienum. Formulam autem ἐγγάρ seruire interrogatio- ni vehementiori cum indignatione quadam, constat. Vid. ad Cyrop. I, 6, 12, et Hoogeve. de Partic. p. 922. Edwards emendabat τὸ, γάρ. Eheu! tales enim etc.

ἐκ καταλόγων] Posteaquam miles lectus sum. Nam κατάλογος est delectus militum. Lucian. Na-
vig. 33 ἀποδιδράσκειν τὸν κατά-
λογον, delectum fugere, non re-
spondere: quamquam ibi et signi-
ficare potest, militiam deserere.
Ern. Ita Xenophon Ages. I, 24
et H. Gr. III, 4, 16 ἵπποτροφεῖν
κατέλεξε dixit, i. e. delegit eos,
qui equos praeberent, denuncia-
vit illis equos publicos edendos.
Vide supra ad III, 3-4.